



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXVI. Hortana legati. Facto legati de aliquibus bonis, quæ alicui  
censui, vel oneri affecta sint, cui incumbat, census, vel oneris solutio, an  
scilicèt hæredi, vel legatario.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

ra, vini, & aliorum, quæ necessaria sunt pro mis-  
farum celebratione, undè quando seculares de his  
se provident, corrui hoc fundamentum.

HORTANA  
LEGATI

P R O

PP. C A R M E L I T A N I S  
TERRÆ CANEPINÆ.

Responsum pro veritate.

Facto legato de aliquibus bonis, quæ alicui  
censui, vel oneri affecta sint, cui incumbat,  
census, vel oneris solutio, an .s. hæredi,  
vel legatario.

S Y M M A R I V M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 **V**t onus censuum sit donatarij, non au-  
tem legatarij, & de ratione diffe-  
rentia.
- 3 **D**istinguitur etiam ad effectum legati, an onus  
sit proprium, vel occasionale.
- 4 **C**ensus consignativus est onus personale.
- 5 **I**lleque non tribuit dominium, vel jus reale in  
fundo.
- 6 **S**ecus dicendum in occasionali.
- 7 **I**ste distinctiones attenduntur in dubio, secus au-  
tem, ubi constas de voluntate.
- 8 **Q**uomodo ista voluntas metienda sit, & ad quid  
suffragetur favor pia causa.
- 9 **S**tatus hereditatis, & qualitas operis in legato in-  
iuncti attendi debet.
- 10 **Q**uid operetur, quod legatum relictum sit titu-  
lo institutionis.
- 11 **V**el si agatur de legato alicujus universalitatis bo-  
norum.
- 12 **D**e eodem, de quo num. 9. & quomodo questio de-  
cidenda sit.

D I S C. XXVI.



Um testator, institutionis titulo  
reliquisset bona existentia in ter-  
ritorio Viterbiensi, ad effectum ex  
illis construendi Ecclesiam in  
Conventu Carmelitanorum loci  
Canepinæ, ac etiam celebrandi  
quasdam missas, & anniversaria,  
dictaque bona affecta essent quibusdam censibus  
consignativis, super eis impositis ad formam Bullæ  
Pij V.; Hinc orta est controversia, an ad Conventum  
legatarium spectare deberent bona libera, ita-  
ut onus esset hæredis universalis dictos census re-  
dimere, seu aliàs eorum onus in se assumere; Vel  
potius è converso legatarius illa obtinere deberet,  
sic onerata, & affecta; Cumque desuper ex parte  
dicti Conventus pro veritate meum consilium ex-  
petitum fuerit.

Respondi, quod licet, ubi agitur de legato pro  
legatario de plano respondendum videatur [ quasi  
quod difficultas esset solum in casu donationis in-  
ter vivos ] auctoritate Rote in Romana censu 7. Fe-  
bruarij 1628. coram Pirovano, ut dicit de Marin.

resol. 12. lib. 1., ubi registrat eandem decisionem,  
quæ etiam est impress. decis. 517. post Can., & de  
133. par. 5. rec., in qua donatario, secus si actus  
trâ, ita contrarium supponendo in legatario, cum  
quo benignius proceditur, atque in ordinaliter  
interpretatio capienda est, potissimum, ubi agitur  
vire causa pia.

Attamen verius videri dixi, ut in præcedenti  
an ageretur de censibus impositis per eandem  
statorem, seu ejus auctores, quorum prædicta  
res, ac successor universalis in universitate  
vum, & passivum etiam personale; Valens  
census per ipsum deberentur occasionaliter  
quàm à tertio possessore dictorum bonorum  
singulari, adeo ut nulla cõcurreret propria, vel  
auctoris obligatio personalis, sed contentetur  
tur, quatenus esset possessor, & sic jure obligatus  
occasionalis, seu causativæ juxta casum, de quo  
Amat resol. 21.

Primo enim casu, pro legatario respondendum  
esse censui per dispositionem text. in l. si  
ff. de legat. 1. ubi communiter Scribentes  
dicit per Cenc. de cens. quest. 79. ex num. 6. præ-  
bentes apud eundem, super impugnatione  
decisionis, etiam in casu donationis, et  
ne, quod census consignativus in ordine ad  
impositorem, vel ejus hæredem universalem  
dici non potest onus intrinsecum, & redemptum  
census reservativi, vel canones, seu litelli, ac  
les, sed potius continet onus, seu obligationem  
personalem, interveniente solum fundo, ut  
fieret forma præscriptæ, per Constitutionem  
V., seu ob intrinsecam naturam contractus, ut  
rius forte videtur, quoniam ex veriori opinione  
censuarium non transit rei censuæ dominium,  
minisque servitus, vel aliud jus reale queritur, sed  
solum quædam hypotheca magis specialis ex de-  
ctis per Cenc. quest. 1. num. 13. & quest. 23. per  
ac habetur plures in sua materia sub in. ac censu,  
ac etiam in Romana, seu Tulerina collectæ sub  
de Regalibus disc. 92. occasione quæstionis, an  
ditor census teneatur, necne à collectis in  
fundi censui, ac alibi.

Si verò dictum onus esset [ ut supra ] occasio-  
le, seu causativum tanquam à tertio possessor  
tulo singulari bonorum, & tunc dicebam, etiam  
respondendum esset, cum tunc non inter  
text. in dicta l. si res obligata, sed potius cogere  
videatur ratio, ob quam ad legatarium pertinet  
onus intrinsecum, seu reale, quale respectu  
possessoris, etiam census consignativi imponitur  
dentur, ut admititur per Scribentes apud Can-  
Etæ quest. 79. num. 58. & seq., ubi sic distinguitur  
respondetur ad Gratian., & alios, qui pariter  
dis contra legatarium tenent.

Utroque tamen casu dixi, quod questio  
tius facti, & voluntatis quàm juris, proinde  
distinctione prædicta firmari non potest  
certa, & determinata regula generalis, sed  
juxta conjecturalium quæstionum naturam,  
distinctio attendenda est pro inducenda  
distinctione in dubio, secus autem, ubi directæ  
tatis inditia, vel conjecturæ accederent, quoniam  
tunc istis omnino deferendum esset, ut  
tanquam absolutum admititur per omnes  
dè de materia tractantes, quamvis inter se  
deant.

Super hujusmodi autem voluntate indaganda  
pariter certa, & determinata regula tradi non  
test, sed totum venit decidendum pro  
cis arbitrio, ex singulorum casuum particularibus  
circum-

De L. U.  
de  
testamen  
et cat  
9VI  
9

circumstantijs regulando, adeo ut favor causae piae in hoc non importet privilegium positivum, per quod semper ad ejus favorem respondendum sit, ut generaliter ex motivo pietatis frequentius Canonista & Morales credere solent, sed sit circumstantia considerabilis ad facilius praesumendam disponentis voluntatem relinquendi necne bona libera, ob benigniorem, ac latiore interpretacionem favore piae causae faciendam, ut debeatur quod magis, no autem quod minus, praesertim vero quoties [ ut in hac facti specie ] legatum non est gratuitum, sed onerosum, ac factum ad certum effectum, construendi scilicet Ecclesiam, ac successive celebrandi in perpetuum missas, & anniversaria.

Ideo que dixi, ut firmari deberet status hereditatis detracto aere alieno, atque ita inspicere valor bonorum legatorum, & qualitas oneris in eis existentis, nec non quantitas aliorum bonorum in hereditate remanentium; Si enim onus super bonis legatis esset tale, ut eo etiam ad legatarium pertinente, adhuc bona sufficerent ad opus per testatorem demandatum, unde potius Ecclesia legataria contenderet de majori lucro, hereditas vero, detractis dictis bonis, esset exigua, vel notabiliter praesudicata, si dictum onus illi inculceret, & tunc contra legatarium potius respondendum esset; Spectata praesertim qualitate personae haeredis, an esset de sanguine conjunctis, ac verisimiliter praedilectis, sive an eidem adjecta essent alia onera, ad qua hereditas idonea non esset, vel ab eis absorbtare maneret, si istud quoque onus sibi inculceret; Et e converso, ubi ex dictis circumstantijs potius haeredi, quam legatario onus congruum esset; Et in summa, ut juxta singulorum casuum circumstantias, unam, vel alteram voluntatem suadentes, decisio sequi deberet.

Urgere videbatur contra legatarium notabilis circumstantia, quod testator, non titulo legati, sed ex illo institutionis, reliquisset dicto Conventui per quandam speciem universitatis omnia bona, quae habebat in Civitate Viterbensi; Licet enim, dato haerede universali, adhuc dispositio praedicta remaneat particularis, ac jure legati, ita ut titulus institutionis importare solum dicatur facultatem capiendi propria auctoritate, quando legato adjicitur, cum de reliquo non concedatur pagano habere plura patrimonialia, pluresque diversos haeredes eo modo, quo conceditur militi, seu feudatario, ut frequenter tam sub tit. de feud. quam sub altero de haered. & haeredit. & de successione. advertitur; Nihilominus id satis attendendum videbatur pro conjectura voluntatis testatoris, quod scilicet ita quodammodo distinguere voluerit patrimonialia juxta distinctionem locorum, in quibus ea sita sunt, atque illud universum, quod existeret in dicta Civitate relinquere huic Conventui.

Isto etenim casu, dicta onera de plano incumbere legatario tanquam jura passiva dictae universitati bonorum incumbant, ex ijs, quae de debitis unius patrimonij, seu negotij spectantibus ad illius successorem, absque contributione succedentis in altero patrimonio, habentur deducta apud Salgad. in labyrinth. par. 1. cap. 9. ex num. 43. & par. 2. cap. 12. ex n. 68. & per Rot. decis. 51. 63. & 64. post Merlin. de pignor. & apud Roias dec. 268. ex num. 10. repetit. decis. 368. par. 9. rec.

Videbatur tamen, ut ista conjectura tunc attendenda esset, quando status bonorum esset talis, ut onere non obstantem, congrua essent operibus a testatore volitis, secus autem e contra, cum ista con-

jectura videatur, efficacior, ac praeponderans, praesertim si reliqua hereditas esset idonea, & no ageretur de gravando filios, seu conjunctos verisimiliter praedilectos; Ideoque concludebam, ut totum penderet ex facto, cujus potius quam juris est quaestio, ex ejus qualitate decidenda; Et consequenter erroneum est, cum doctrinis generalibus, vel cum decisionibus in uno casu prodictis, in omni casu procedere, cum exinde tot frequentia aequivoca resultent.

ROMANA PRÆTENSI LEGATI DE GESSIS

PRO

FRANCISCA ET ANNA DE GESSIS

CVM

FABRICA S. PETRI

Casu disputatus coram Iudicibus Fabricae, credo, concordamus.

Legatum incertum pro exoneracione conscientiae, in confessarij, seu alterius arbitrij collatum, an perneceesse sit integrum adimplendum, Vel sufficiat illud implementum, quod exequutor fecerit; Et an bona, ex quibus testator dixit, tale legatum implendum esse, stent demonstrativè vel taxativè; Et aliqua de facultatibus Fabricae circa legata pia exquenda.

SYMMARIUM.

- 1 **F** Acti series.
- 2 Legatum non dicitur pium, si opera pietatis ad speciem deducta non sunt.
- 3 De facultatibus Fabricae S. Petri.
- 4 Non attenditur declaratio contraria testamento.
- 5 Quando legatum non sit in specie, sed in genere exoneracionis conscientiae.
- 6 De distinctione praesertim.
- 7 De quaestione an destinatio sit taxativè, vel demonstrativè.
- 8 De eodem, ejusque effectu.
- 9 Residui verbum probat solutionem.
- 10 Nemo moriens praesumitur immemor aeternae salutis.
- 11 Declaratur, & quando mortui arrestationi deferendum sit.
- 12 De fiduciario.
- 13 De adminiculis probantibus fiduciarij declarationem.
- 14 Quando dispositio collata in fiduciam religiosam importet piam dispositionem & c.

E DISC.

Card. de Luca de Legat.